UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Capitolino. 388.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

δοῦναι οἶνον, ὁ σοφὸς ἐδίδαξε Παῦλος, μὴ δι' ὑπερβολὴν ἑτέρας δεηθείη ἢ ἀμετρίᾳ ὑδροποσίας. τῷ δὲ ὑγιαίνοντι καὶ ζέοντι ἡλικίᾳ, καὶ ταῦτα μοναχῷ, οὔ μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν, ἐγχεῖν οἶνον τῶν ὑγρῶν τὸ θερμότατον, οἷον πυρὶ ἐπικαίοντας πῦρ. ἐξ οὗ ὁρμαί τε ἄγριαι καὶ ἐπιθυμίαι φλεγμαίνουσαι ἀνακαίονται. καὶ προπέτεια ἀναζέουσα δυσηνίους ἀποτελεῖ τοὺς ἀθλητὰς τῆς πρᾳότητος.

Σχολαστικῷ. τπϛ.

Προσευχὴ οὐ ῥήμασι ψιλοῖς, ἀλλὰ πράγμασι μᾶλλον χρηστοῖς κατευθύνεται. ὅρα γὰρ τὸν θειότατον Δαβὶδ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀκακίαν ζητοῦντα κριθῆναι, καὶ τὸν εὐσεβέστατον Ἐζεκίαν, τὴν οἰκείαν εὐλάβειαν προσάγοντα ἱκέτιν. καὶ τὰς χήρας τὰς ἐν Ἰόππῃ τοῖς τῆς τεθνεώσης κατορθώμασι πρεσβευταῖς κεχρημένας. Εἰ οὕτως τὴν δέησίν σου πληρώσειας, εὐθυπορήσει πρὸς θεόν, καὶ ἐξοίσει ὡς φῶς τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ τὸ κρίμα σου ὡς μεσημβρίαν.

Τῷ αὐτῷ. τπζ.

Εἰ καὶ τρανοτέρας ἔφης δεῖσθαι σαφηνείας, λευκότερον αὖθις λελέξεται. ζητεῖς γενέσθαι σοι τὸν θεὸν βοηθόν; ὅρα εἰ χρήζοντι δυνηθεὶς ἐβοήθησας. αἰτεῖς πλοῦτον προστεθῆναί σοι παρ' αὐτοῦ; βλέπε εἰ τὸν ὄντα χρηστῶς ᾠκονόμησας. θέλεις φαίνεσθαί σοι τὸν κριτὴν εὐμενῆ; ἀμνησίκακος ἔσο ἐχθροῖς. βούλει φιλανθρωπίας τυχεῖν; συγχώρει τοῖς ὑπευθύνοις αὐτός. καλὸν γὰρ ἀμοιβῇ σώζεσθαι καὶ ὀφλήματι. ἀλλὰ μὴ ἑκάστοτε χάριτι. ὅπερ ἐστὶν ἀγνώμονος.

Καπιτωλίνῳ. τπη.

Εἰ καὶ νέον Δωὴκ ὁ πάμφορος χρόνος ἐξέβρασεν. ἀλλὰ σὲ Σαοὺλ γενέσθαι

nonnihil impertiendum eſſe ſapiens Paulus docuit, ne ob nimiam continentiam alia rurſum aquæ potione immoderatio egeat. At ſano atque ætate feruenti, ídque Monacho, vinum, quo in omnibus rebus liquidis nihil eſt calidius, infundere, ac velut ignem igni addere, haud mihi bonũ eſſe videtur. Hinc enim & agreſtes impetus, & tumidæ cupiditates inflammantur: ac temeritas & petulantia exæſtuans, lenitatis pugiles ad frænũ contumaces reddit.

Scholaſtico. 386.

Oratio, non nudis verbis, ſed probis potiùs actionibus dirigitur. Vide enim quẽadmodum diuiniſſimus vir Dauid ſecundum innocentiam ſuam iudicium de ſe ferri poſtulet: & pietatis pleniſſimus Ezechias, pietatem ſuam ac religionem Deo ſupplicem offerat: & viduæ Ioppẽſes mulieris defunctæ virtutes ac præclaras actiones ad deprecandum adhibeãt. Si ad eundem modum precationem tuam expleas, ad Deum rectà contendet, ac iuſtitiam tuam tanquam lucem educet, & iudiciũ tuum tanquam meridiem.

Eidem. 387.

Quandoquidem apertiore tibi explicatione opus eſſe dixiſti, dilucidiùs rurſum loquar. Vis tibi Deus opituletur? Vide ſi, cùm poſſes, ei qui tua ope indigebat, adiumento fueris. Petis vt opes tuas augeat? Vide an eas, quas habes, rectè adminiſtraris. Vis iudex facilem ſe tibi ac placabilem præbeat? Hoſtilium iniuriarum memoriã ex animo depone. Vis benignitatem ac miſericordiam conſequi? Iis, qui tibi obnoxij ſunt, remitte. Præclarum enim eſt remuneratione atque debito ſalutem adipiſci, ac non ſemper gratia: id quod eſt improbi & maligni hominis.

Capitolino. 388.

Etſi nouum Doeg tempus rerum omnium ferax velut æſtu quodam in ortum

proiecit:at te tamen Saülem ſacerdotum interfectorem eſſe minimè opto. Sacerdos enim eiuſmodi ad omnes æquabilitatem obtinere debet, quæ omnem reprehenſionis notam effugiat, vtpote Dei, qui omnibus bonus eſt, miniſter. Ac proinde iracūdia aduerſus ſenem intumere deſine: qui res duas ex virtute geſſit, cùm & te iniquū facinus perpetrare prohibuit, & hominē de vita periclitantem conſeruauit.

Theraſio. 389.

Lubens ex te ſciſcitarer, qui cauillis nos petis, atque acerbum & infeſtum te nobis iudicem præbes; ſi te Imperator ad propugnaculum collocaſſet, turriſque vrbis cuſtodem conſtituiſſet, ea autem ſuffoderetur atque concuteretur, vt hoſtibus ad vrbem aditus pateret, an non inſtrumentis omnibus atque armis, quæ vel recondita haberes, vel comminiſci poſſes, vtereris, prohibens, ac tela iaciens, conatúmque huiuſmodi frangens, atque tum vrbem ac teipſum à periculo vindicans, tum Imperatori fidem ac beneuolentiā conſeruans? Nobis autem, quos Deus Eccleſiæ ſuæ magiſtros præfecit, eo nomine ſuccenſes, quòd Arrio, qui non modò cum pio grege bellum gerit, ſed etiam permultos iam interemit, obſiſtimus. Ego verò eam ob cauſam periculum omne contemno: ac quidlibet potiùs facere deſierim, quàm vt non illum, quàm maximè queam, feriam.

Quintiniano. 390.

Durus me rumor perturbauit, infauſta quædam ac deteſtanda nuncians. Aiunt nonnulli te ita inſanire, ac mentis errore affici, vt puerum illum, quem Deus eruditionis omnis capacem fecit, ad arma, & vilem ac deſpuēdam, mortíſque ludum exiſtentem, militiam ducere velis. Quamobrem niſi bonæ mentis iacturam prorſus feciſti, ab hoc præpoſtero conſilio abſiſte. Ne lucernam, quæ egregiè accendi ſtudet, extingue: verùm eum, qui ratione vtitur,

ἱεροκτόνον οὐκ εὔχομαι. ἱερεὺς γὰρ ἀκατηγόρητον τὴν πρὸς πάντας ἰσότητα ὀφείλει κεκτῆσθαι, οἷα θεοῦ λειτουργὸς, τοῦ πᾶσιν ὄντος ἀγαθοῦ. παῦσαι τοίνυν φλεγμαίνων κατὰ τοῦ γέροντος δύο λαμπρὰ κατορθώσαντος, καὶ σὲ ἀνομῆσαι κωλύσαντος, καὶ ἄνθρωπον κινδυνεύοντα σώσαντος.

Θηρασίῳ. τπθ.

Ἡδέως ἂν σε ἠρόμην τὸν φιλοσκώμμονα, καὶ πικρὸν ἡμῶν δικαστὴν, εἰ σὲ βασιλεὺς πρὸς ἔπαλξιν ἔθετο, καὶ πύργου πόλεως φύλακα. ὑπωρύσσετο δὲ οὗτος καὶ ἐπινάσσετο, ὥστε βάσιμον ποιῆσαι τὴν πόλιν ἐχθροῖς αὐτοῦ, οὐκ ἂν πᾶσιν ἐχρήσω ἀμυντηρίοις, οἷς τε εἶχες ἀποκειμένοις, οἷς τε ἐφευρίσκειν ἠπόρεις, εἴργων καὶ βάλλων, καὶ τὴν ἐγχείρησιν τρέπων τῇ τε πόλει καὶ σαυτῷ ποιῶν τὸ ἀκίνδυνον, καὶ βασιλεῖ τηρῶν τὸ εὐάρεστον. ἡμῖν δὲ νεμεσᾷς, οὓς θεὸς τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας προὐστήσατο διδασκάλους. ὅτι Ἀρείῳ μαχόμεθα, μὴ μόνον πολεμοῦντι τῇ ποίμνῃ τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' ἤδη καὶ πολλοὺς ἀνῃρηκότι; ἐμοὶ μὲν οὖν ἅπας καταπεφρόνηται κίνδυνος ὑπὲρ τούτου, καὶ πάντα μᾶλλον πράττων παυσαίμην, ἢ ἐκεῖνον ὅση δύναμις, παίων.

ηὐπόρεις.

Κυντινιανῷ. τϟ.

Ἀκοαί με σκληραὶ ἐξετάραξαν, ἀπευκτά τινα ἀπαγγείλασαι. φασί σε τινὲς οὕτως μεμηνέναι, καὶ τῆς φρενὸς ἐκτετράφθαι, ὥστε βούλεσθαι τὸ παιδίον ἐκεῖνο τὸ πάσης παιδείας γενόμενον παρὰ θεοῦ δεκτικὸν, εἰς ὅπλα ἀγαγεῖν, καὶ στρατείαν εὔωνον καὶ κατάπτυστον, καὶ θανάτου τυγχάνουσαν παίγνιον. εἰ τοίνυν μὴ παντῇ τὴν λογισμῶν ζημίαν ὑπέμεινας, ἀπόστηθι τῆς ἀκρίτου βουλῆς. μὴ σβέσῃς λύχνον, καλῶς

ἀναφθη-